Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2015

Quelle:
Copyright:

ceremonias a temporibus Apostolorum in Ecclesia Dei circa sacramentorum et præcipue sacrosanctæ Eucharistiæ celebrationem, quæ in sacratissima Missa fit, obseruatas. Ag. Pu. Sunt Quaestiones ironicae numero XXVIII. Catholicorum sic dictos Abusus impetentes, quas *Cassander*, siquidem is autor est, *Coloniae* degens nunquam certo in apricum proferre ausus fuisset. Exemplo sit ex brevioribus una: *Tradere, quod Sacramenta ex sua vi citra fidem aut quemvis bonum motum utentis, modo ne obicem ponat, gratiam conferant, An hoc etiam ex temporibus Apostolorum est?* Quae ultima verba in omni Quaestione inculcantur.

Tractatus hi omnes, in quibus eruditionem nunquam, moderationem raro desideres, eadem manu descripti, aliaque, sed constanter eadem limati, si, ut multa suadent, *Georgium Cassandrum* autorem habent, aliter sane de viro sentiendum videtur, quam ii Literatores tradidere, quibus non nisi Opuscula ejus *impressa* tractare contigit. Fallitur certe, ne quid aliud dicam, *Dupinius*, et *Joh. Fabricius*, qui eum usque ad vitae finem catholicae Ecclesiae serio addictum fuisse perhibent. Id quod hactenus dicta liquido demonstrant. Quam vero a Protestantibus gratiam inierit, vel ex iis licet aestimes, quae de eo *Calvinus* in *Resp. ad Balduini Convicia.* 1562. p. 5. 4.

DXXIII.

Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 66. f. ita inscribitur: *Diaphora Rei Ecclesiasticæ. Vnnderschid zwischen den vnainigen Partheyen der strittigen Religionssachen, diser bösen Zeit.* Scriptum εἰρηνικον dicatum *Ferdinando* I. Regi Rom. ejusque mandato confectum. Dedicatio data est *Moguntiae 25. Febr. Anno MDLVI.* multumque celebrat *Ferdinandum* tanquam eum, *dem ieziger Zeit das schwere lasst des nottleidenden Christenthumbs herttiglich auf dem Halss ligt, der vasst allain alle Principalen des Cristlichen Namens bewegt, treibt vnnd anhellt* &c. De tempore suo dicit Autor: *Ich habe numalls vill Jarlanng vernomen, wölch ain Zettergeschrai vber die Abusus gehet. Das, wenn Ainem das Maull aufgeet, so ists Missbrauch Missbrauch.* Distincturum se in Opere suo inter *Catholicum* et *Pontificium. Vnnder dem Tittl* Bäbstisch *begreiffe ich nur die Missbreuch vnnd beschwerung, daruber alle Wellt clagt, Nicht das dise Allesambt von Bäbsten herkhomen, Sondern weill solcher Vnratt in die Khirchen vnnder Irem Regiment, oder auch Zulassung vnnd Vnsorge khomen ist, am maissten bei newlichen Zeiten, da Vigor Apostolicus in denselbigen seer abgenomen, vnnd ardor mundi huius zu gröblich eingerissen. Pin sonst diesem Namen nichts zuentgegen.* &c. De

148

se